Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Matthaeus 243

tella ⁊ omnibus docens et vocauit
duodecim: et cepit eos mittere
binos: et dabat illis potestatem
spiritum immundorum et precepit eis
ne quid tollerent ⁊ via nisi virgam
tantum: non peram non panem neque ⁊
zonam es. sed calceatos sandalis
⁊ ne induerent duabus tunicis et
dicebat eis. Quocumque introieritis
⁊ domum illam manete donec exe
atis inde: et quicumque non rece-
perint vos nec audierint vos ex
euntes inde excutite puluerem de
pedibus vestris ⁊ testimonium illis. et
exeuntes predicabant ut penitentiam
agerent: et demonia multa eiciebant
et ungebant oleo multos egros et
sanabant. Et audiuit rex hero-
des: manifestum enim factum e
nomen eius. et dicebant Quia Io-
hannes baptista resurrexit a
mortuis: et propterea virtutes
operantur in illo Alii autem dicebat
quia helias e. Alii vero dicebat
quia propheta est. quasi unus ex pro-
phetis Quo audito herodes ait.
Quem ego decollaui iohannem hic
a mortuis resurrexit. Ipse enim he-
rodes miserat ac tenuit iohannem
et vinxit eum ⁊ carcerem propter hero-
diadem uxorem philippi fratris
sui: quia duxerat eam Dicebat
enim iohannes herodi. Non licet
tibi habere uxorem fratris tui he-
rodias autem insidiabatur illi: et
volebat occidere illum nec poterat
herodes enim metuebat iohannem
sciens eum virum iustum et sanctum
et custodiebat eum: et audito eo
multa faciebat: et libenter eum
audiebat. Et cum dies opportunus
accidisset: herodes natalis sui
cenam fecit principibus et tribunis
et primis galilee Cumque introis-
set filia ipsius herodiadis ⁊ sal
tasset et placuisset herodi simul
que recumbentibus: rex ait puelle. pe-
te a me quod vis: et dabo tibi Et iu-
rauit illi: quia quicquid petieris da-
bo tibi: licet dimidium regni mei et
cum esset. dixit mater sue. Quid
petam. At illa dixit. caput iohan-
nis baptiste Cumque introisset statim cum
festinatione ad regem petiuit dicens
volo ut protinus des mihi ⁊ disco
caput iohannis baptiste Et contris-
tatus e rex. propter iusiurandum
et qui simul discumbebant noluit
eam contristare: sed misso spicula-
tore precepit afferri caput eius
⁊ disco: et decollauit eum ⁊ carcere
et attulit caput eius ⁊ disco: et
dedit illud puelle. et puella dedit
matri sue Quo audito discipuli eo
venerunt et tulerunt corpus eius
⁊ posuerunt illud ⁊ monumento et
venientes apli ad ihesum: renun-
tiauerunt ei omnia que egerant ⁊
docuerant. Et ait illis. Venite seor-
sum ⁊ deserto loco: et requiescite
paullum Erant enim qui venientes
et redibant multi: et nec spacium
manducandi habebant Et ascendens
⁊ navim abierunt ⁊ deserto loco
seorsum Et viderunt eos abeuntes: ⁊
cognouerunt multi: et pedestres de
omnibus ciuitatibus cucurrerunt il-
luc et preuenerunt eos Et exiens vi-
dit turbam multam ihesus: et misere-
tus est super eos. quia erant sicut
oues non habentes pastorem: et
cepit illos docere multa Et cum iam
hora multa fieret: accesserunt dis-
cipuli eius dicentes. Desertus locus
est hic: et iam hora preteriit. Dimit-
te illos: ut euntes ⁊ proximas vil-
las et vicos emant sibi cibos quos
manducent Et respondens ait illis
Date illis manducare Et dixerunt
ei. Euntes emamus denariis de
panibus quinque: et dabimus illis ma-
ducare Et dicit eis Quot panes